Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



prophetas dicens. Hi populus li
abis me honorat. cor autem
eorum longe est a me. Sine
causa autem colunt me docen
tes doctrinas et mandata homi
num. Et convocatis ad se tur
bis dixit eis. Audite et intelligi
te. Non quod intrat in os hoi
nis coinquinat hominem.
Tunc accedentes discipuli dixe
runt ei. Scis quia pharisei
audito hoc verbo scandalizati
sunt. At ipe respondens ait.
Omnis plantatio quam non
plantavit pater meus celes
tis eradicabitur. Sinite illos
quia ceci sunt et duces ceorum
Ceecus autem si ceco ductatum pre
bet ambo in foveam cadunt.
Respondens autem petrus ait
illi. Edissere nobis parabolam
istam. At ille dixit. Adhuc et vos
sine intellectu estis. Non intel
ligitis. Quia omne quod in
trat in os in venterem vadit et in
secessum emittitur. Que autem
procedunt de ore de corde exeunt
et ea coinquinant hominem
De corde exeunt cogitationes
male homicidia. adulteria. for
nicationes furta. falsa testimo
nia. blasphemie. Hec sunt que
coinquinant hominem. Non
lotis autem manibus manducare
non coinquinant hominem.
Et egressus inde ihesus secessit
in partes tyri et sydonis. Et
ecce mulier chananea a finib;
illis egressa clamavit dicens ei.
Miserere mei domine fili dauid
filia mea male a demonio vexat.
Qui non respondit ei verbum. et
accedentes discipuli eius rogabant
eum dicentes. Dimitte eam
quia clamat post nos. Ipse autem
respondens ait. Non sum missus
nisi ad oves que perierunt domus
israel. At illa venit et adorabat eum
dicens. Domine adiuva me.
Qui respondens ait. Non est bo
num sumere panem filiorum et
mittere canibus ad manducan
dum. At illa dixit. Etiam domine
nam et catelli edunt de micis que
cadunt de mensa dominorum su
orum. Tunc respondens ihesus
ait illi. O mulier magna est fi
des tua. fiat tibi sicut vis. Et sa
nata est filia eius in illa hora. et
cum transisset inde ihesus venit
secus mare galilee. Et ascendens
in montem sedebat ibi. Et acces
serunt ad eum turbe multe habentes
secum mutos. ceecos. claudos et alios
debiles multos. Et proiecerunt
eos ad pedes eius. et curavit eos
ita ut turbe mirarentur. Videntes
mutos loquentes. claudos ambu
lantes. ceecos videntes et magnifi
cabant deum israel. Ihesus autem
convocatis discipulis suis dixit
misereor turbe quia iam triduo
perstiterunt mecum. et non habent
quod manducent. Et dimittere
eos ieiunos nolo ne deficiant in
via. Et dicunt ei discipuli. unde